



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

An in casibus hic commemoratis committatur fraus & falsitas inducens
restitutionem, & de falsitate testium, & de literis commendatitiis dantibus
occasionem fallendi. Cap. XLVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

nascitur obligationis restituio, vel cum prædicta fiunt z Summa sine principali ob id aliquid recipiendi, & hic ubi abest Lat. 17. pactum, simonia est tantum mentalis, sed variant docto- num. 169. res circa restitutionem necessariam sic accepti. Nam So- tus iure divino pecuniam sic acceptam fore restituendã a Qui Dei ait in conscientia, quia dicitur gratis accepistis a, gratis dona qua date. Alij autẽ doctores, dum abest pactum, oppositum au- gratis accõ- tumant. Sed de hoc in materia de simonia latius. Si autem piuntur, vt minus principaliter in ostensione verarum reliquiarum gratis den- temporale gratis sibi exhibendum intẽdatur, & fiat prin- tar propter cipaliter in honorẽ, & reuerẽtiam sanctorum, sicut vt im- sua lucra- plurimum fieri solet, abest turpis quæstus, & peccatum, vel emit, vide hæc in sententia Nau. loco citato ait. vel vendit cum Simo- ne donum

An in casibus hic commemoratis committatur fraus & falsitas inducens restitutionem, & de falsitate testium, & de literis commendatitiis dantibus occasionem fallendi.

C A P. XLIIII.

NE prolixi esse videamur, & ne aliquid deficiat, I. 93. quod merito desiderari possit, reliqua minutiora ad hanc materiã attinentia prosequamur oportet in hoc capitulo seorsum, quare & meminisse libet hic illius casus, cuius meminit Corduba a dicens, non esse condem- ad lit. ad nandum quendam scribam vt falsarium, qui ad petiti- tract. de ca- nem minorum, in mandato dato procuratori ad inten- sib. consi- tandam litem contra quandam mulierem turticem sitorũ 184. filiorum super tributum, addidit & contra eius minores, quia sic expediebat minoribus, quia si senatores in suo b Hæc recõ- capitulo, ex cuius nomine tale mādatur dabatur, aduer- sit sylue- tissent, sic tale mandatum cum illa additione, & etiã con- ster. tit. fal- tra minores darent, & quia sine præiudicio fuit talis ad- sarius. & ditio, ideo in foro conscientie, non venit damnadus: Se- citu. tabel- tus in iudiciali foro, quia ibi immineret ei periculum, & ho- c. Vide Pa- interuenientibus in facto, quia pro tali facto puniren- no. in c. tur. b. quando de iuretur.

At vero secundum Hostiensem ad hoc quod quis possit puniri de crimine falsi, oportet quod adsint hæc tria, videlicet mutatio veritatis, dolus & iactura. Vnde

x + nes



nec in scriptura, quæ fidem non facit, committitur crimen falsi.

¶ Insuper secundum Cord. quæst. 191. non est tanquam falsarius de mortali inculpandus creditor ille, cui debebitur ducenti aurei, si sibi iam sint soluti cētum ex vna causa, si remansit apud se chirographi schedula, quia debitor illa centum dum soluit, illā nō repetiuit, & postea obiit, non est inquam culpandus tantum talis creditor, si per eandem schedulam reperat, & reciperet ab hærede debitoris alia centum sibi debita: si aliter non potest illa recuperare, quia non expedit explicare causam, & quia in sic recuperando centum sibi debita inuenit simplex mendacium dicentis, sibi deberi ex causa scripta in illa schedula: cum re vera non ex illa causa: sed ex alia illa centum sibi deberentur, solum esset deceptio venialis^d. Quia non infert iniuriam hæredi.

¶ Porro etiam Victoria in suis scriptis visum est non esse damnandum de mortali falsitate innocentem probatum nocentem, qui vt suam tueatur innocentiam, & eundat mortem vitatur testibus se vltro offerētibus ad testificandum falsum pro eius innocentia, scilicet quod tempore delicti sibi imputati viderint eum in alio loco à loco illo distante, vbi sibi probatum est falso illud delictum perfecisse, cum non viderint re vera tales testes se offerunt ad iurandum hoc pro eruendo eum innocentem à morte sed falsum parati sunt iurare, & quamuis dictum hoc Victoria possit sustineri aliquo modo: sed non tran- sit sine aliqua difficultate.

¶ Vltra hoc de crimine falsi in testibus aduertito, quod si testis reuocet primum dictum in secundo dicto, in alio actu iudiciali: licet secundum opinionem magis placentem Julio Claro standum sit primo testis talis dicto: quia ex primo dicto iudiciali, & iurato iam quantum fuit ius parti: idē tale ius non debet sine eius facto, vel culpa ab ea auferri, tamen per talem reuocationem debilitatur primum dictum quoad fidem probationis: ita vt ad torturam sufficiens non sit indicium, sed in casu vbi liber homo non admittitur ad testificandum sine tormentis, tunc standū esset illi dicto in quo perseveraret in tormentis. Si autem testis velit suum primum dictum corrigere,

*e Iulio
Clarus Re-
gu Hispaniarum
Consilys in
sua Practi-
ca crimin.*

corrige, si quidem id vult facere in continenti, est
admittendus. Et dicitur in hoc casu in continenti, an-
tequam testis ipse alloquatur partem. Si autem vult illud
corrige ex intervallo, non auditur, sed tanquam periur-
us, & falsarius puniri debet, ita omnes.

f. cap. præ-
terea. de te-
stib. coged.

Et in criminalibus in hoc casu, si reuocet primam
depositionem testis dicens se errasse, ponitur in tormen-
tis & illa depositio quam in tormentis confirmat solet
audiri, & punitur de falso vt periurus, ac præterea eius
dicto primo non adhibetur plena fides. Tamen autho-
re Iulio Claro in huiusmodi reuocationibus multum
tribuendum est arbitrio iudicis, qui ex his depositioni-
bus contrariis considerabit, quæ videatur magis ve-
rissimis, & cum qua concurrunt plura adminicula, &
illi adhaerebit. Caueat tamen propter suspicionem sub-
ornationis, ad petitionem partis contra quam depo-
nit testis iterum illum examinare. Si autem ad peti-
tionem partis in cuius favorem semel dixit, iterum exa-
minetur testis, si in secundo dicto varietur standum est
secundo eius dicto, & sibi imputet pars quæ petit, illi ite-
rum examinari: caueat ergo iudices ab huiusmodi repe-
titionibus testium præsertim in causis criminalibus ad in-
stantiam partium, quia sæpe numero processus inuoluunt
ac destruunt, magnamque præbent occasionem subor-
nationibus, falsitatibusque testium.

Albert.
l. fin. nu. 2.
C. de testib.

Sed quid si testis dixit primo se nihil scire, in secun-
do vero deponit de veritate facti? Respondetur quod ni-
hil probat. Ita tenent omnes nemine discrepante. Satis sit
hocemam in hoc modico volumus morem gerere cau-
fidiers.

Q. 1.

Tandem queritur, vtrum sit genus quoddam falsita-
tis si Ioannes habens pecuniam, quam credit, vel scit
bannendam esse, vel diminuendam in pretio mutuat il-
li Antonio. Huius questionis meminerunt Summa An-
gelica & Syluester quæ expediunt dicentes quod si Ioan-
nes talem pecuniam, quam scit bannendam, vel minuē-
dam in pretio mutuet Antonio, qui antequam bannia-
tur, est illam expensurus, licet post modum Ioannes
plus recipiat pro ea, quam post bannitionem valeat, non
committit usuram, quia non mutauit, vt plus habe-

Q. 2.

h Summa
A. g. ver-
bo, Usura-
rum §. 76.
i Syluest.
verbo, Usa-
ra. l. q. 15.

ret. Sed vt damnum suum vitaret. Secus si mutuat illam cum spe plus recipiendi, vel quando Antonius non esset eam tunc expensurus, ante bannitionem, quia damnum proximo inferret, ita tenet Alexander Lombardus in quolibet. Intellige quando non sperat plus recipere, sed seruare se iudicem, & is cui mutuat, ante bannitionem, est eam expensurus, licet eam sic mutuate in casu predicto. Sed de hac materia satis, vide Syluest. verbo literæ.

k Panor. cap. frater nit. de cler. non resid.

¶ Verum per literas generales possit eorum lator intentare aliquid in præiudicium eas scribentis, vt sit eis dicatur præsentium latori adhibeatis fidem: dico, quod secundum Panormitanum ^k non præiudicare debent scribenti, quia potius sunt literæ commendatitiæ. Si vero aliquid adderetur in eis, scilicet detis quod petit eam lator sub periculo meo, vel sub fide mea, & huiusmodi, quia tunc secus esset, vel nisi dolose dederit scribenti literas, quia tunc tenetur de data pecunia latori quando sufficientem causam deceptionis per suam commendationem dolosam dedit, argumento legis quod venditor ff. de dolo.

l Omnium penè docto rû rata est sententia.

¶ Quando vero literæ sunt magis speciales vt cum in eis dicitur tali, qui de mente mea est informatus fidem adhibeatis plenam, tunc tenetur scribens de damno inde secuto, & ille cui scribitur aget contra eum. Non tamen debet credere ei in aliquo quod ei approprietur. Sed de hac materia hæc sint satis.

l. si vero. ff. mandatum. Panorm. c. fraternitatis. Barr. in l. Lucius ff. de fideiussoribus.

¶ De peccatis, & casibus restitutionum interuenientibus in contractibus locationis, depositi, & de leuissima, & leui, & lata culpa, & de ignorantia probabili, vel improbabili, & quantum excuset à peccato vel à censuris & pœnis, siue à iure, vel à homine latus, est disputatio vtilis valde.

C A P. XLV.

Postquam circa materiam falsariorum casus occurrentes, vnde restitutionis obligatio emergere poterat, percurrimus: superest nunc omnes radices restitutionis: quæ ex contractibus innasci possunt perquirere, & primo circa depositum. Et quia circa hunc contractum